



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 119. Colloquium Novioduni inter Gouffierum, & Cheuriensem habitum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

ticipem crederet, Philippum Clivium de Sæcul. XVI.  
 Ravesteinio in Franciam ablegabat, qui A.C. 1516.  
 de injuria Regi suo illata quereretur, ac  
 pristinam, qua hucusque Gallos profe-  
 cutus esset, amicitiam conservari postu-  
 laret. Eidem quoque Philippo datum est  
 negotium, ut belli societatem proponeret,  
 hancque in rem de congressu Novioduni  
 celebrando ageret.

## §. CXIX.

*Colloquium Novioduni inter Gouffie-  
 rum, & Cheuriensem habitum.*

Toto capite annuit Gallix Rex, pri- Mem. du  
 mumque sui Consilii Ministrum Gouf- Bellai.  
 fierum Boisium eo decrevit, ut cum Cheu- Belleforidu  
 riensi Toparcha, qui novi Regis Hispani Tillet.  
 apud Gallos Legatus erat, conferret. Col- Belcar.  
 loquio datum est initium prima Augusti Paul. Jov.  
 die, ac mutuxæ consultationes usque ad  
 decimam tertiam ejusdem mensis protra-  
 hebantur. In illis Gouffierus immoto stu-  
 dio urgebat, ut non modo Navarra, sed  
 etiam ea Neapolitani Regni portio, quæ  
 Ludovicum XII. contigerat, restituere-  
 tur; eoquod id pactis cum Nassoviensi  
 Comite sancitis Carolus mox post Fer-  
 dinandi obitum pollicitus esset. Ad hæc  
 Cheuriensis hunc in modum respondit:  
 nullo prorsus documento constat, quod  
 Navarræ restitutio ab Hispanis rata fue-  
 rit



**Sæcul. XVI.** rit habita; satis enim illis perspectum est, quod Galli hoc regno velut muro inexpugnabili ab incursione in interiora Hispaniæ arceri possint, minus vero Hispaniæ Rex Neapolis restitutioni consensit: ea enim amissa discrimini exposita foret Sicilia, cum tamen ex hoc regno frumentum esset advehendum; frequenter enim in Hispania adversus annus frugibus est; quapropter rem esse differendam censebat, donec Carolus accepta Castellæ & Arragoniæ possessione pro summo Imperio, atque arbitrio negotium decideret.

## §. CXX.

*Pacta inter Gallicæ & Hispaniæ Reges.*

*Ferron. in  
Lud. XII.*

**H**is rationibus sat speciosis cessit Gouffierus, ut vero Francisci I. spem firmaret, quin tamen Caroli auctoritatem in discrimen adduceret, foedus fieri procuravit, quo sancitum, ut I. Pax & foedus inter Franciæ & Hispaniæ Reges ad mutuam defensionem servaretur. II. Gallus Carolo Hispano Ludovicam Regis Christianissimi nonnisi unius anni Filiam in uxorem daret, adjecta dotis nomine ea Neapolitani Regni parte, quæ ex divisione Anno Christi millesimo quingentesimo primo facta Ludovico Regi cesserat. III. Carolus pro hac Principe, quæ in